communicationem, pro qua ſola inueni-
tur in iure cautum vt quis ſe tunc ei preſen-
tet qui à talibus poteſt abſoluere, cap. Eos
qui, de ſententia ex communicationis in. 6.
vbi dicitur. Quod ſi non ſe repreſentet in
eãdem reincidit ſententiam à qua in mortis
articulo fuerat abſolutus. Hæc Silu. Abſolu
tio. 1. ibi. Abſolutio abexcõmunicatione in
mortis articulo. ¶ 9. dictum. Si infirmus
qui perdidit loquelã, vel vſum rationis, poſt
quam ſacramentaliter fuit abſolutus conua-
leſcat recuperata loquela & ſenſu, tenetur de
ſuis ſpecialiter confiteri peccatis, quia nunc
poteſt ſpecialiter confiteri: ad inſtar illius
qui inculpabiliter vel ignoranter oblitus eſt
aliquod cõfiteri peccatum, licet virtute ſacra
menti [alij vero dicũt virtute contritionis]
deletum ſit illud, tamen ſiue ſic, ſiue ſic, te-
netur ſpecialiter illud confiteri quãdo venit
ad memoriam, quia neuter eorum per ſacrmẽ
talem abſolutionem à peccatis precedentem
non eſt ſimpliciter abſolutus à confeſsione
peccatorũ inſpeciali, ſed ex ſuppoſsitione dũ
taxat, ſcilicet quando in ſpeciali confiteri nõ
poteſt. Hec dicta ſunt ad mẽtẽ Antonij Cor
duuenſis, & quidem ſatis probabiliter & ad-

con